



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Practica Octaviani Vestrii I. C. Foro Corneliensis**

**Vestri, Ottaviano**

**Coloniae Agrippinae, 1597**

**VD16 V 940**

Tertia deuolutio per accidens extra formam iuris, & cle. caussam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63002)

moriam tenus habere iniucundum non erit, quem eleganter  
 loci Abb. tradit, & mirum in modum Maran. extollit in pro  
 xi. in 6. part. ver. Appellatio nu. 258. scilicet, quod \* in cau  
 sa beneficiati appellatio extra iudicialis vim citationis ha  
 bet, adeo quod appellatus coram iudice, ad quem alia absque  
 citatione comparere tenetur, aliis in eius contumacia proce  
 di potest, & non pauci certe sunt, qui hac in re decipiuntur,  
 putantes citari debuisse, ideoque in iudicio sui copiam facere  
 minimè curantes, sicque cum his absque contradicatore agitur,  
 tur, facile appellator poterit obtinere, & hoc pluries in Ro  
 mana Curia decisum se vidisse Maran. testatur.

b Et in pluribus differt.) Vide Dec. in cap. bone, de  
 s appel. ubi \* duodecim tradit differentias inter iudicalem  
 appellationem & extra iudicalem. Quarum illam prece  
 ximè adnotabis, quod innouata post iudicalem appella  
 tionem omnia sunt renocanda, post verò extra iudicalem es  
 lum, que contra appellationem sunt, ita Dec. præcitato cap.  
 bone. num. 18. qui hanc esse communem opinionem testatur.  
 Nic. Anto. Granat.

Com.  
 opi.

Tertia deuolutio per accidens extra formam iuri

& Clemen. causam.

C A P. VIII.

S V M M A R I U M.

1. Clem. causam. de electio. nonnullis modis limita  
 tur.
2. Dilatio à iudice siue à parte data, vim perempto  
 ria citationis habet.

Sed & extra formam dictæ cle. causam de  
 electio. quandoque causæ sunt in curia per  
 accidens, ut potè per appellationem à diffi  
 nitiva, vel interlocutoria, contingit autem al  
 i tero ex duobus modis, & erunt \* limitationes  
 ad materiam. d. clem. causam, nempe, vel quod  
 iudex

iudex appellationi deferat, vel pars appellata, ex ca. saepe de appella. Rota decis. 38. fuit dubitatum de appell. in no. Et tunc licet terminus praefigatur ab homine, non est ipse terminus, qui deuoluat causam, sed \*delatio ipsa iudicis siue partis: & termini praefixio vim habet peremptoriae citationis, vtroque notatur. d. l. clem. saepe de foro comper. & decis. 38. Et omni casu emissa appellationis huiusmodi tam iudicialis, quam extrajudicialis, iuxta vel extra formam. d. clem. causam, admittuntur omnes exceptiones & excusationes contra similes appellationes, & eorum intimationes, quae alias admitterentur contra citationem & eius executionem d. clem. saepe cum nota.

*Quarta & vltima deuolutio ex Pont. decreto, & speciali eius rescripto, ac aliqua de style signatura, iustitiae non iniucunda.*

C A P. I X.

S V M M A R I V M.

- 1 Beneficiales causae super articulo deuolutionis non desiderant iudicis interlocutionem, profana vero sic.
- 2 Praxi ad effugiendum necessitatem interlocutionis super deuolutione, tam in beneficialibus, quam profanis.
- 3 Rescriptum aduocatorium vitio subreptionis rediditur in so iure nullum. & nu 14.
- 4 Metus iuramento probatur, vbi per horrescentiam narretur.
- 5 Lite pendente aduocatur causa per principem.

L 4

6 Prim-